

fragrabat. Cecus aut quidam tangens
feretrum illuminatus est. Et multi alij
meritis eoz curati sunt. In horu solen-
nitate pax inter longobardos et romanu
imperium reformata fuit. Et ideo bea-
tus gregorius papa. Loquet dñs paces
in plebem suam in introitu misse canta-
ri instituit. Quoniam et officia parum sanctis
conueniant. partim eventibus qui ipsis
contingere dicuntur. Refert augu. in li. xx.
de ciuitate dei. Quod ipso presente impera-
tore et multa turba quidam cecus apud
mediolanum ad corpora martiru ger-
uasij et pthasij lumen recepit. Utrum au-
tem sic predictus cecus an aliis ignora-
tur. Idem quoque refert ibidem. quod qui-
dam inuenis in villa victoriana que ab
ypozegio. xxx. miliaribus distat. cum in
quodam flumine equum lauaret. conti-
nua dyabolus eum ueruit: et in flume
tanquam mortuum proiecit. Cum autem ve-
spere in ecclesia beatoru geruasij et ptha-
sij. que ppe erat. cantarent. ille uocibus
illis quasi percussus cum grandi fremitu
ecclesiam intrans. alcare tenebat. inde
amoueri non ualens: tanquam si ibidem al-
ligatus fuisset. Et cum demon ut inde
exiret adiuraret. ille se eius membra am-
putare cum exiret minabatur. Cum ergo
adiuratus exiret oculus eius in maxil-
lam fufus tenui uenula depedebat: sed
in loco suo sicut potuerunt oculum re-
uocauerunt. et ecce intra paucos dies meri-
tis sanctoru geruasij et pthasij plene
sanatus est. Ambrosius quoque in pres-
tatione sic ait. Hi sunt qui uexillo celesti
signati uictoria apostoli arma sumpse-
rant a mundanis neribus absoluti. ne-
quissimi hostis uicioru aciem proster-
nentes. liberi et expediti christum domi-
num sunt secuti. Quod felix germanitas:
que sacris inherendo eloquijs nullo po-
tuit interpellari contagio. Quod glorio-
sa certaminis causa. ubi pariter coronan-
tur quos unus uerus maternus effu-
dit.

Iohanes bapti-
sta multipliciter nominatur. Be-
atus enim propheta. amicus sponsi. lucerna. an-
gelus. uox. helyas. Baptista saluatoris
propheta iudicis. et precursor regis. In propheta
designatur prerogativa cognitoris. In ami-
co sponsi prerogativa dilectionis. In lu-
cerna ardenti prerogativa sanctitatis. In
angelo prerogativa uirginitatis. In uo-
ce prerogativa humilitatis. In helya pre-
rogativa feruoris. In baptista preroga-
tiua mirabilis honoris. In precone preroga-
tiua predicationis. In precursore preroga-
tiua preparationis.

Actiuitas ioban-
nis baptiste ab archangelo ga-
brielle hoc modo annuntiata fuit. Dauid
enim rex sicut habetur in hystoria scolastica
uoles cultum dei ampliare. xxiiij. sum-
mos sacerdotes instituit. Quorum tamen
unus maior erat qui princeps sacerdotu
dicebatur. Statuit autem sedecim uiros
de eleazar. et octo de thamar. et in fortes
dedit unicuique ebdomadam uicis sue.
Abbas autem octauam ebdomada ha-
buit de cuius genere zacharias fuit. Erant
autem zacharias et uxor eius senes et absque
liberis. Cum ergo zacharias temolui do-
mini ut incensum poneret ingressus fu-
isset. et multitudo populi deforis expe-
ctaret. apparuit ei gabriel archangelus.
Cum autem zacharias in eius uisione ti-
meret: ait angelus. Ne timeas zacharia
quoniam exaudita est oratio tua. propter quod enim
bonorum angelorum sum quod dicit glossa ex sua
uisione terribus benigna exhortatione p-
tinuis consolari. Contra mali angeli se
in lucis angelos transfigurantes. si quos
ex sui presentia terribus senserint. ampli-
ori eos horrore concutunt. Annuntiat
igitur gabriel zacharie se filium habituru
cuius nomen iohanes esset: qui uinum
et siceram non biberet et ante dominum in spi-
ritu et uirtute helye prederet. Iohanes
uocatur helyas ratione istius. quia ambo in deo